



Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Epistola LXIII. Paulino sanctissimo patriarchæ. Humilis Levita Alvinus
salutem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

EPISTOLA LXIII.

Paulino sanctissimo patriarchæ,
 HUMILIS LEVITA ALCVINVS
 salutem.

Absentia corporis non oportet dilectionem diu-
 dere. Quia amicitia, quæ deserri potest, nunquam
 vera fuit. Ex quo te sciebam, dulcissime amice,
 semper amabam: & pepigit cor meum fœdus amicitia cordi
 tuo. Et si nomen Paulini mei, non in cetera, quæ deleri po-
 test, scripsi.

Ne quæso obliuiscaris in tuis sanctis orationibus no-
 men amici tui Albini: sed in aliquo memoria gazophyla-
 cio reconde illud, & profer eo tempore oportuno, quo pa-
 nem & vinum in substantiam corporis, & sanguinis Christi
 consecraueris. Diu dilectionis tuæ expectaui promissa,
 hoc est, viuifica crucis, vel aliarum reliquiarum patroci-
 nia. Noli me, obsecro, tanto fraudare munere: nec te ve-
 ritatis Nolo longinquitatem viæ causeris. Caritas
 pennas ad volandum inueniet: nec flumina obruent illam.
 Sufficiunt alæ fidei in palatio regis, quibus nec voluntas de-
 est in accipiendo, nec fides in reddendo. si quid nostra pe-
 titio apud vos valeat, & tua semper apud DEVM valeat pe-
 titio, qui te in tam sublimi statuit gradu, vbi eiusdem DEI
 Domini nostri IESU Christi effectus

Vide quàm sublime est hoc nomen. Contende meritis
 esse, quod nomine vocaris. Clama, ne cesses, exalta, quasi
 tuba, vocè tuam. sit guttur tuum tuba DEL, prædica impor-
 tunè, oportunè. Tu, gallus in prædicatione succinctus in
 castitate: tu aries in veritate fortissim^o, cui nullus regū resi-
 stere poterit. Tu, lucerna super candelabrum in domo DEI.
 Tu lingua cœlū claudit, & aperit. Aperit primū per prædi-
 cationis deuotionem.

Esai. 58.

2. Tim. 4.
Prouerb. 30.

Luc. 8.

Apoc. 3.

Ad

ALC
 SII
 um, im,
 SIV
 24

Matth. 9.
Luc. 5.

Marci 12.
1. Cor. 13.
1. Ioan. 4.

Genes. 19.

Ad exemplum Christi recurre: qui per ciuitates, & stellas, vicos, villas euangelizando iter agebat: etiam & ad domos publicanorum, vel peccatorum, propter occasionem prædicationis, non abhorruit intrare. Spes præmij solatio fit laboris. Quid facio insipiens ego contra philosophum cum prouerbium, ligna in syluam ferens, stillicidiis flumina irrigans? Modulum meum extuli figuræ. Obsecro eius amorem, qui duo minuta viduæ donis diuitum præferibat. Charitas omnia suffert; in qua, qui manet, in Deo manet, quia DEVS charitas est.

EPISTOLA LXIV.

Charissimo filio quem serò genui, & cito dimisi.

NEc bene ab lactatus raptus est ab vberibus matris: nimis, quàm nouerca, tenera, de paterno gremio, per libidinum vortices, caro rapuit. Heu proh dolor, quid faciam, nisi plangam pereuntem? Si faciem calidis lacrymarum fomentis resuscitari possit.

Væ carni, quæ non timet sulphureos quinque vberum ignes, vel pœnæ infernalium tormentorum flamas. Surge te ipsum, obsecro, huius timoris catenis; & tenta, quomodo vel vnâ ardoris scintillam sufferre possis: & cogita, quid sit, si totum corpus æterno crucietur incendio. Respice tandem, & noli consentire ei, qui tibi talia parat incendia: sed magis castiga te ipsum; & paternis acquirere obsecrationibus: & Dei oculis te semper præsentem cognosce, & ante sanctorum angelorum aspectus.

Erubescere in conspectu illorum facere, quæ horrescere in conspectu cuiuslibet hominis perpetrare. Scio, quod iudicium credis omnibus esse futurum: & te credis in terra